

**Q** Sequuntur auctoritates. iij. li. merba. aristotelis  
**D**ubitatorum solutio est veritatis inquisitio.  
 Ignorantis non est soluere. i. determinare  
 Veritatem querentes sine dubitatione similes sunt ignorantibus quo tre oportet  
 In mouentibus non est mouens neque finis.  
 Finis et bonum idem sunt.  
 Magis dicimus illum scire ratione quam scit affirmatiue quam scit negatiue  
 Unum rei est una definitio  
 Ens et unum non sunt genera. Deum non sunt extra rationes generis  
 Non contingit ponere domum propter hanc vel istam domum vel particularem  
 Unum numero et singulare non differunt  
 Deus theologi qui antiqui fecerunt deos faciebant principia entium  
 et dixerunt prima esse principia immortalia que gustauerunt nectar et  
 manna. illa vero mortalia que non gustauerunt. scilicet in hoc non est veritas  
 Eterna non indigent cibo.  
 Corruptibile et incorruptibile non sunt eadem principia.  
 Impossibile est aliquid fieri ex non ente **C**omenta.  
 Qui nescit quid querit nescit quid inuenit.  
 Finis est melior omnibus causis.  
 Idem numero et singulare idem sunt cum particulari.  
**Q** Sequuntur auctoritates. iij. libri merba. aristotelis.  
**P**rima philosophia. i. metaphisica considerat ens et passiones et  
 principia entium secundum quod ens  
 Ens secundum quod est ens dicitur multis modis. non equiuoce: sed secundum  
 attributionem omnium in unum. i. analogice  
 Substantia est primum ens a quo omnia dependent  
 Ens et unum conuertuntur  
 Idem est homo et unus homo.  
 Eadem sunt quorum generatio et corruptio est eadem vel que eadem  
 generatione generantur et corrumpuntur  
 Eiusdem scientie est opposita considerare. hoc est oppositorum  
 eadem est disciplina  
 Negatio et priuatio differunt quia negatio est alicuius simpliciter remo-  
 tio. scilicet priuatio est remotio alicuius in subiecto apto nato ad illud.  
 Circa idem genus versat metaphisicus et sophista.